



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jus Canonicvm R.P. Pavli Laymanni, Soc: Jesu Theologi, Et
Olim In Alma Et Episcopali Academia Dilingana SS.
Canonum Ordinarii Professoris**

Juris Canonici A. R.P. Paulo Laymanno Societatis Jesu Theologo SS.
Canonum In Alma, Catholica, Et Episcopali Universitate Dilingana
Professore Qvondam Ordinario, Prælectionibus Academicis Illustrati

Laymann, Paul

Dilingæ, 1673

Capitulum XXIX. Sicut.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62587](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62587)

paſſionem aliquam, quæ bonis moribus & iuribus incommodare videatur, aded infirmare, vt neque iuramenti acceſſione confirmetur, & quidem non tantum per vim paſſi, ita, vt ex iuſticia nulla actio, vel obligatio oriatur, de quo minus dubitari poteſt, & docui *hoc tit. tract. 3. c. 2. num. 4.* ſed ita vt neque ex religionis virtute obligatio, quæ iuramenti propria eſt, oriatur; idque duobus modis. 1. Si ipſam paſſionem, quamuis iuramento confirmatam, lex ſeu ſcripta ſeu per conſuetudinem ſtabilita tanquam turpem prohibeat, v. g. vt aliquis promittat puellæ nuptias, ſi vxor ſua moriatur; vel quod dolum, furtum, aut iniuriam aliam, ſi in futurum committatur, remittere velit. Tametiſi enim vxore mortuâ aliam ducere, aut dolum, vel iniuriam commiſſam remittere turpe non ſit, tamen ad talia ſe obligare, turpitudinem continere videtur, & peccandi cauſam præbere.

Simili ratione in cauſa criminali non teſtificari liberum eſt, ſed per paſſum & iuramentum ſe obligare ad non teſtificandum, vtroque Iure turpe reputatur, ided non obligatorium, vti hîc *Alex. de Nauo* notauit *num. 32.* & videri poteſt, *Imola n. 40.*

Alter modus eſt, ſi lex Canonica, aut civilis executionem paſſi ſeu promiſſi, quamuis iurati, tanquam illicitum prohibeat; ed, quod communi bono incommodare videatur, prout explicauit *cit. Tract. 3. c. 11. num. 9.*

CAPITULUM XXIX.

Sicut.

PARAPHRASIS.

Si conſtet, quod H. bellum iniuſtum gerat aduerſus I. induci debet, vt vniuerſa, quæ per vim abſtulit, eidem reſtituat, qui proinde I. etiam abſolui debet à iuramento, quod ob metum præſtitit; quod ſi H. recuſauerit, per ſententiam excom-

municationis compellatur, & terra eius interdicto ſubijciatur.

SUMMARIUM.

1. Erepta iniuſto bello reſtituenda ſunt, non obſtante federe, quod alter etiam iurata ſed coactus inijs, & à iuramento abſolui debet, ſi ſaluo ſcandalo poteſt.
2. Fides etiam iurata ſeruanda non eſt ei, qui viciffim datam non ſeruat, vel ſeruare paratus non eſt.

NOT. vnic. Quæ bello iniuſto erepta ſunt, reſtitui debent, non obſtante federe, quod alter coactus inijs, immò à iuramento fœderis abſolui debet, vt etiam conſtat *ex c. Si verò. 2. hoc tit.* dummodo notoria ſit iniuſticia ex parte vnus pacifcentium.

Cauendum quoque eſt ſcandalum, ſi videlicet Chriſtianus à iuramento abſoluatur, quòd ab eo infidelis, quamuis per vim, extorſit; quare talis abſolutio non eſt danda, præſertim in publico fœdere, ſicuti dixi *l. 2. Tract. 3. c. 12. q. 5.*

§. Iuramentum.

Iuramentum, quod ex mutuo conſenſu à pacto Ioannes edidit, ipſum non obligat, ſi alter, cui præſtitum eſt, ſeruare negligat, quod promiſit.

Not. vnic. Fidem etiam iuram aliquis ſeruare non tenetur ei, qui fidem à ſe viciffim datam violat, aut ſeruare paratus non eſt. de hoc dictum eſt *in c. 3. hoc tit.*

CAPITVLVM XXX.

Nimis.

PARAPHRASIS.

Laici contra jus diuinum agunt, quando viros Eccleſiaſticos nihil temporale (videlicet in feudum) ab ipſis habentes ad fidelitatis iuramentum adigunt. Quare Innoc. III. tale iuramentum præſtari prohibet; quia ſecundum Apoſtolum ad

d d d 3

Roma-